

TRACTATVS DE
MERCATV-
RA SEV MERCATORE
CLARISSIMI I. C. BENVENUTI
STRACCHAE, PATRITII ANCO-
NITANI, COMITIS, EQVITISQVE.
ACCESSIT NVNC PRIMVM EIVSDEM
Auctoris quotidianus de Adiecto Tractatus, in
quo etiam dotum stipulationes vstatæ, &
questiones quotidianæ quidem plenè ex-
plicantur. Ex quibus Tractatus de
Mercatura perfectus redditur.

Huc accessit perelegans Tractatus de mercatorum
contradicibus IOANNIS NIDER I. C.

Alius postea tractatus, de Constituto, BALDI
de VBAL. I. C. Perusini.

Postremo RODERICI SVARII, Consilia duo, in quibus
tractatur de Vfa Maris, & nauibus transvehendis.

Num. 8.



Caso. . 9.

Num. 9.

Bibl. 12

COLONIAE AGRIPPINÆ,
Apud Ioannem Gymnicum, sub Mono-
cerote, M. D. LXXVI.
Cum gratia & privilegio Casarea Maiest.



Coll. Soc. Hisp. Salm. ex dono Regis

TRACTATVS DE MER-
CATVRA, SEV MERCATORE,
BENVENVTI STRACCHAE, IVRE.
consulti clarissimi.

PARS PRIMA.

ARGUMENTVM.

Mercator quid, quidue Mercatura.

S V M M A E.

- 1 Disputatio vbi de aliqua re futura est, necessarium est ante definire, vt intelligatur quid sit id, de quo disputatione.
- 2 Definitio à descriptione quomodo differat.
- 3 Definitio expressa picturæ comparatur: Descriptio verò adumbrationi seu designationi.
- 4 Mercatoris definitio seu descriptio.
- 5 Mercari & negotiari, an idem sint: Mercatorq; & negotiator an sint synonima.
- 6 Mercator an propriè dicatur is, qui semel merces emit, vt venderet.
- 7 Nomina verbalia alicuius officij significativa quod quis sua autoritate seu opinione sumit, vniaco actu non verificantur.
- 8 Verbum Solere, & Solitus, quomodo intelligantur, & interpretatio ad l. Mela. in. §. sed & si alimenta. ff. de alimen. & cib. leg.
- 9 Mercator ex vniaco actu non dicitur, nisi præcedat professio vel descriptio in matricula, & declaratur in seq. nn.

A

Nomi-

3 TRACTATVS DE MERC.

seu mercaturam communem incepisset nomine proprio administrare, mensa & negotiatio non potest ex parte vnius augeri, quinetiam ex parte alterius augeatur.

98 *Corporum tria sunt genera.*

99 *Mercatura duplex, secundum Platonem.*



ON est nouum † Ciceronis præceptum, quoniam disputatio de mercatore futura est, necessarium esse antè definire quid sit mercator, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputatur. Fuitque sententia Platonis in Phædro in hæc verba: In omnibus rebus, o puer, vnicum principiū his, qui bene consulere volunt, est intellige-

re, quid illud sit, de quo consultatur. Velo omnino aberrare necesse est. Plerosque vero latet, quod nesciant rei substantiam: ergo inquit, ne nobis accidat quod in alijs damnamus. Quid amor ipse sit, & quam vim habeat, definitione ex consensu partium posita cognoscamus, quorum sententiæ Iuris. Vlpia. facturus verba de dolo malo, subseripuisse patet in l. i. ff. de dolo, & idem Iuriscons. in l. i. ff. de iusti. & iur. in hæc verba inquit: Iuri operam daturum prius noscere oportet, vnde nomen iuris descendant. & de Ciceronis sententia Bal. noster meminit in prælud. feud. col. 3. Sed quoniam omnis definitio in iure periculosa est, parum est enim ut non subverti possit. l. omnis definitio ff. de regul. iur. & ex infrâ dicendis vix congruam definitionem aptari posse constabit, si non vera definitione, saltem plena descriptione, quid sit mercator euidentissimè a demôstrabimus. † Differt autem definitio à descriptione, ut eleganter ait Hierony. Cagno. in repet. l. si emancipati.

nu.